



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 23. Cadaver Cardinalis Tournonii a Mediobarba Patrarcha Alexandrino  
Macao Romam translatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Diæcesis suæ Millionariis Constitutio Sæc. XVIII.  
 nem: *Ex illa die* juxta Mediobarbi per- A. C. 1721.  
 missiones observari præcepit, a Cle-  
 mente XII. Anno 1735. prohibitæ fue-  
 runt.

§. XXIII.

*Cadaver Cardinalis de Tournon a Me-  
 diobarbo Patriarcha Alexandri-  
 no Macao Romam trans-  
 latum.*

Cum autem Mediobarbus Legatus Ma-  
 caoi sese ab Episcopo, Gubernatore & Senatu regis pene honoribus  
 excipi, sibi que debitam venerationem *Vit. Card. Tourn. t. I. pag. 147.*  
 & Pontificiis decretis plenam exhiberi *Vian. l. c. pag. 254.*  
 obedientiam cerneret, firmam con- *Holberg. Hist. univ. part. 4. fol. 148.*  
 ceperat spem, hos quoque peroptatu- *Hist. univ. t. 8. n. 950.*  
 ros, ut Cardinalis Tournonii, qui ibi-  
 dem Apostolicæ constantiæ Martyr obiit,  
 memoria debitis honoribus decorare-  
 tur: eapropter die octava Decembris  
 præfato Macaonensi Gubernatori signi-  
 ficabat, quod venerabile hujus Emi-  
 nentissimi Legati cadaver secum Ro-  
 mam deferre, deliberatissimum habe-  
 ret, nec ipsum huic consilio adversa-  
 turum speraret, eoquod Joannes Lusitaniæ Rex, ut hanc translationem li-  
 bere permetteret, disertis ei verbis præ-  
 cepisset. Initio tergiversabatur Guber-  
 nator,

**Sæc. XVIII.** nator, veritus, ne aliorum querelæ de-  
**A. C. 1721.** super motæ ad Regis solium pertinge-  
 rent: cum vero Mediobarbus Guberna-  
 torem de potenti summi Pontificis pro-  
 tectione apud Regem, certum faceret,  
 ipsiusque Episcopi consensum ultro ob-  
 tinuisset, pariter Gubernurator acquie-  
 vit, sacrumque hoc depositum trans-  
 ferri consensit: unde Legatus unacum  
 omnibus suis ad Ecclesiam Cathedra-  
 lem progressus, præsentem Episcopo,  
 Eminentissimi Cardinalis ossa ex hu-  
 mili & antiquo tumultu sublata cistæ  
 pretiosæ jamjam ad id præparatæ in-  
 cludit, quæ noctu navi Regiæ, qua Le-  
 gatus olim in Sinas devehebatur, clam  
 imposta est. Sequenti die Legatus,  
 comitantibus eum Episcopo, Guber-  
 natore, & Senatu, ac militum Præ-  
 fectis, & confluyente innumero pene  
 populo, eandem navim conscendit, ob  
 exortam tamen tempestatem portu sol-  
 vere præpeditus, triduo subsistit; in-  
 terim vero sparsa per Urbem notitia de  
 translato Cardinalis cadavere varii dis-  
 seminabantur sermones & querimonie,  
 ac præcipue non pauci gravissimam Si-  
 nensis Imperatoris indignationem fore  
 timendam jactabant: his rumoribus non-  
 nihil commotus Patriarcha, aliquam-  
 diu dubius hæsit, tandem vero Ponti-  
 ficis, Lusitanique Regis patrocinio con-  
 fusus.

ffus, die decima tertia Decembris cum Sæc. XVIII.  
 sacra hac sarcina in Europam vela fe- A. C. 1721.  
 cit, atque Anno hujus sæculi vigesimo  
 tertio Romam venit, ubi eadem vene-  
 randa Cardinalis ossa die vigesima se-  
 ptima Septembris ante Altare majus  
 in Ecclesia Collegii de Propaganda so-  
 lemni ritu recondita fuere.

§. XXIV.

*Decisio a summo Pontifice facta circa  
 controversiam de succedendi jure  
 in Decanatu S. Collegii.*

Jam ante biennium Clemens XI. Papa Vid. t. 703  
 in secreto, ut vocant, Consistorio pag. 379.  
 Cardinalibus pollicebatur, se Viros Orat. Con-  
 doctrina, prudentia & pietate insignes fiſt. Clem. XI.  
 selecturum, qui Pauli IV. Constitutio- pag. 162.  
 nem, qua successio in Decani officio Hiſt. uni-  
 stabilita fuerat, diligenter excuterent, verſ. Pe-  
 & si quæ alia ad hujus causæ momenta riod. VII.  
 conferre censuerint, attente exquire- part. 8. c. 8.  
 rent, demum vero accurate cuncta eo pag. 854.  
 fine perpenderent, ut Pontifex, quod  
 hac in causa ad majorem Dei gloriam.  
 sanctæ Sedis utilitatem, ac sacri Col-  
 legii honorem magis conferre arbitra-  
 bitur, decernere posset. Recruduit  
 hæc controversia, dum die decima  
 tertia Januarii hoc anno Fulvius Aſtal-  
 lius S. Collegii Decanus obierat; tum

F 4 enim